ceptus a lucretia cum honore de nocte omni
bus sopitis ardens amore intravit a
d Lucretiam dormientem cum gladio in ma
nu. et breviter cum non posset verbis ex
pugnare pudicitiam mulieris minat
us est se iugulatum servum nudum cum ipsa
iugulata ponere ut in turpi adulterio
necata diceretur. quo timore obtinuit
quod optabat. Lucretia tristis statim per nun
tium vocatis patre marito bruto et Va
lerio breviter dixit quod corpus viola
tum erat non animus. et quod si se absolve
bat a culpa non tamen a pena. et continuo
gladium defixit in cor. Mortua Lucretia

Collatinus maritus Lucretie

brutus accepto gladio sanguineo
mirabiliter iuravit omnes a placitu
ad vindictam. unde facto tumultu colatie ve
nit Romam ubi convocato populo excitav
it animos omnium in odium regis et filiorum. et
facto tumultu tarquinii privati sunt re
gno. Rex ab exercitu veniens Ro
mam reperit portas clausas. brutus per
aliam viam pervenit ad exercitum qui red
uxit Romam liberatam a se amara servit
ute. Nunc est redeundum ad litteram
dicit Iustinianus danti e sai chel fe.
illud signum aquile dal mal de le sabine. hic nota quod Augustinus primo
de civitate dei damnat hoc factum tamen excu
sari posse videtur quia ex necessitate factum
est. et quia sabine non ad adulterium sed
ad matrimonium rapte fuerunt. Al dolor di
Lucretia. Et hic nota quod Augustinus
ubi supra commendat Lucretiam a pu
dicitia et culpat ab occisione quia alien
um crimen punivit in se innocente. assi
gnat tamen causam quare se interfecit dice
ns velut romana mulier laudis a
vida noluit ostendere hominibus pen
am intestinam quibus conscientiam ostendere
non poterat. sed certe nobilis ira et in
dignatio animi fuit in ista nobili ro
mana. Et dicit in sette regi. Et hic
nota quod Autor mira brevitate comple
ctitur primordia Rome et tempora
regum sub quibus primo gubernata est
populus scilicet romanus consecreta providentia
dei deberet effici gentium domina ab in
itio habuit reges ad firmandam tantam
urbem. Nam a romulo nichil arcletius
sub quo populus induit audaciam. Num
ma sacris intentus fuit sub quo populus
factus est religiosus mitigato furore
bellorum. Tullus hostilius rei belli
ce magister et ordinator sub quo et
populus disciplinam rei militaris didicit
acuit quoque virtute fortitudinis contra
pericula mortis pro re publica. Ancus
urbem cinxit muris. quia populus tutus
esse non poterat contra tot vicinos
potentes inimicos infestos. Tarqui

Servius tullius

Tarquinius superbus

Romulus

Numa pompilius

Tullus hostilius

Anchus marcius

Tarquinius priscus

nius priscus p[er] assumpta et ordinata ornamenta magna pp[ul]o tribuit dignitatem
C Servius tull[ius]
Servius censum invenit ut res publica cognosceret suas vires et provincie ordinavit ut Romani de publico militarent. Ultimo tarquinius superbus
C Tarquinius superbus
sua crudeli tirannide fecit ut pp[u]l[u]s exagitatus iniurijs summum bonum libertatis acquireret. Et ut brevius colligam romanus pp[u]l[u]s sub Romulo f[ac]t[u]s est bellicosus. sub Numa religiosus. sub tullo armatus. sub ancho tutus. sub prisco ornatus. sub Servio premiatus sub Superbo liberatus. et regnaverunt Reges ccxliij. annis. Et dicit vincendo in torno le genti vicine. sicut populos latinos qui fuerunt multi. unde Roma fuit in latio. et ita Veientanos quorum civitas fuit florentissima in confinio tuscie longe ab urbe per xviij miliaria. quam postea Camillus cepit post decennalem obsidionem. Sai quel che. Hic Justinianus transit narrando ad gesta magnificentiora que facta sunt post acquisitam libertatem per tempora consulum que duraverunt ultra cccc annos et primo tangit duo bella terribilia duorum regum valentissimorum quorum unus veniens ab occidente Romam destruxit alter ab oriente Romam afflixit. Ad intelligentiam primi est sciendum quod sicut scribit Livius libro quinto galli senones gens ferox duce brenno igitur Italiam occupaverunt loca inter alpes et padum. Et non contenti his transito apennino in tusciam infestabant clusium civitatem. sed offensi alegatis Romanorum converterunt furorem contra romam. Et cum dispersissent romanum exercitum primo impetu inordinatum apud aliam flumen ceperunt urbem improvisam imparatam ferro et igne vastantes omnia. quo tempore maxime enituit illa romana virtus. Nam seniores assumptis insignibus honorum in proprijs sedibus trucidati sunt. Juvenes vero forte mille numero arcem capitolij per sex menses defenderunt. tandem cum obsidio barbaros fatigaret et fames Romanos mille libras auri pro missione pretium promiserunt. sed ex galli superbia et iniusticia uterentur in mensuratione ecce virtuosissimum Camillum exul qui creatus dictator absens collectis Romanis dispersis et auxilijs amicorum galos aggressus omnes trucidavit. et cinerem gallorum sanguine eorum extinxit.
.n. de Camillo.
Ad evidentiam secundi est sciendum quod pirrus de genere Achillis consobrinus Alexandri magni rex Epiri que provincia grecie dividitur a calabria angusto mari vocatus a terentinis contra romanos magna bella gessit in Italia. et sepe victor auxilio elefantorum quos primum duxit in Italiam omnia vastans venit per campaniam usque penestre. tandem victus virtute fabricij et Curij consulum qui de ipso gloriosum triumphum duxerunt. quo tempore maxima constantia et temperantia Romanorum apparuit. quia pirrus non solum non potuit vincere fabricium auro. sed nullum in pp[u]lo potuit corrumpere donis. duravit istud bellum iiij annis tandem Rex clarissimus maximus dux belli amisit Italiam et siciliam. et in grecia tesaliam et macedoniam et victus a lacedemonijs dum oppugnaret civitatem argonicam invicte mactatus est saxo manu femine exemplum prebens aliis quantum homo possit fidere prosperis.
C de pirro Rege Epiri provincie grecie.
C primus qui duxit elephantes in ytalia.
Nunc ad literam dicit Justinianus Danti sai quel che fe. scilicet illud signum Aquile portato dali egregi romani scilicet ab illustribus ducibus Romanorum incontra brenno de isto policratus facit magnas laudes. et dicit quod fuit britanicus. incontra pirro. de isto mirabiles laudes facit Justinus. quia fuit peritissimus omnium in ducendo exercitum. in ordinando acie. in eligendo campum in conciliando animos hominum. Et quia non potest nominare omnes vel multos dicit incontra gli altri principi et collegi. scilicet duces et comitates

sicut cōtra sannites fuit portatū am
ultis ⁊ precipue ad nobꝫ papirij cur
sorib. nullū .n. bellum fuit in terra Ita
liam diurtinus ⁊ crudelis. nā durau
it fere .L. annis. et sanites sexiens ru
perunt fedus. ⁊ Romani .xxiiij. tri
umphos habuerunt ex eis. // ¶ Dom
hic Iustinianus p̄dictis subnectit
aliquot p̄claras familias q̄ sub signo
aquile acquisiuerūt magnā famaꝫ.
Et p̄o ad cognitionē torquator est sci
endum q̄ sicut pōt colligi ex liuio li
vj. vij et viij. domus Mallia fuit oli
nobilis ⁊ terribilis ī urbe. Et p̄o Mar
chus mallius vir strenuissimus capi
toliuꝫ liberauit a gallis tempore no
ctis de quo postea p̄cipitatus est quia
uidebatur effectare regnū. deīn Titū
Mallius impie tractatus a patre q̄ eū
tenebat i rure ad opa ruralia liberau
it patrem ab accusatōe tribuni. Itē
gallum unū senonē prouocātē uicit
in singulari certamine. a quo occiso
torqueꝫ aureum extorxit ⁊ ī posuit collo
suo ꝓ quod cognominatus est tor
quatus ⁊ omēs de stirpe sua. Et Ide
em qui fuerat pius erga patrem mi
nus rigidus fuit cōtra filiū. Nā
ī bello latino periculoso filiuꝫ securi p
cussit qui latinuꝫ prouocantē victō
ceciderat. q̄ cōtra edictū ↄsulū pu
gnauerat. Et ī eo bello Alter ↄsul de
tius mus, p̄ suo exercitu se deuouit.
et iniens inermis cū equo cōtra
hostes occisus est. nō mirum g̃o si Ro
mani redierūt cū victoria ⁊ trium
pho. ¶ Ad cognitionē quītiꝫ est scie
dum q̄ sicut scribit Liuius libro tē
cio quinti⁹ cincinatus singularis
spes imperij ꝑpli romani paup̄ fa
ctus ex cōdenatōe iniusta quaꝫ sol
uerat, p̄ censone filio suo iuuene, p
bissimo habitabat ult̄ tiberim uac
ans operi rustico q̄n requisitus est
q̄ factus dictator venuit Romam
quia Minutius consul cū toto exerci
tu ī campo erat obsessus ab Equis ⁊
hostibus Rom. qui veniēs cū appara
tu suo statim obsedit hostes qui rom
anū exercitū ⁊ consulem clauserant.
Et breuit̄ equi impugnati ab vna
parte a dictatore ab altera a cōsule de
diderūt se quos ī signū s̄uitutis sub
iugū misit. ⁊ totā predam solū suis
Militibꝫ dedit consule cassato. ⁊ con
triūpho lete redijt. ⁊ spoliauit se di
ctatura sexto decimo die quā tn̄ ī sex
meses acceperat ita ut ad dimissuꝫ
opus rusticū redire videretur. ¶ Ad
cognitōnem detiorꝫ est breuius sci
endū q̄ secūdū Liuium ⁊ alios hyst
oricos duo fuerunt detij qui se spō
te exposuerunt Morti, p̄ victoria ⁊
sui exercitu⁹. s. detius pater collega
torquati ī bello latīo de quo iā dictū
est. Et detius filius q̄ ī bello tusco p̄
iculosissimo ī clusus in valle exem
plo patris se deuouit. ¶ Ad cog̃tionē fa
bior ē sciendum q̄ sicut pꝫ p̄ Liuiū
libro secūdo familia Fabiorum fuit
numerosior ceteris in urbe. Nā tre
centi ⁊ sex fabij viri patritij, p̄ bitē ⁊
virtutis omēs impetrauerunt a sen
atu gerere bellum cōtra veientes, p
prijs laborib⁹ ⁊ expensis. Et cū ha
stita contra veientiam uastabant
oīa facientes Magna dāna. tandē
ī caute pugnantes nimis animo
si successu victoriaꝝ circumuenti
insidij⁹ omēs trucidati sunt usque
ad vnuꝫ. hijs premissis ad literaꝫ
ueniamus dicit Iustinianus, ōde
torquato. videtur intelligere p̄ ex
cellentiam de illo torquato qui ded
it nomē domuj. vel dic q̄ loquitū
large de familia Torquator de qua
Multi fuerunt rigidi patres. e quin
tio Iste fuit cognominatus cincina
tus a capillatura quia portabat ca
pillos dependentes ante occulos nā
curabat de uirtute cū Multū de cul
tu cōporis nichil. iō d̄r de c̄so nonom
ato a cirro neglecto .i. a capillo q̄
uē negligebat. nā cirrus ē capillū

·II· De Quintio Cincinnato

¶ Duo Decij pr̄ & filii

¶ Fabij nobilissimi romani erant ccc vj.

¶ De Torquato

(3 decius)

asiltiatus. ei decii. s. duo predicti pater et filius. Tullius tamen addit tercium. et dicit quod decius nepos se devovit in bello contra pirrum. E i fabi. de ista clarissima familia fuit Fabius maximus vir sapientissimus qui tempore hanibalis Roma tardando sustinuit. unde vocatus est cunctator .i. tardator. omnes hi ebber la fama che volunter mirro .i. condito et conservo cum istis versibus. mirra .n. est genus aromatice gumme qua antiquitus inungebantur corpora regum mortuorum ut preservaret tamen a putrefactione. et ita vult dicere ce lebro libenter famam istorum perpetuandam quia et ego princeps romanus famam magnam merui. ¶ Esso. hic Justinianus tangit uno verbo bellum maximum et periculosissimum omnium que gesta sunt per Romanos. s. secundum bellum punicum. quod Livius elegantissime describit in .x. libris quod scipio mirabiliter confecit victo hanibale domita cartagine Italia liberata. sicut scriptum est inferni c°. ideo non plura ad presens dicit g° esso. s. signum aquile crudelissime infestatum ab hanibale aterro .i. prostravit ad terram et conculcavit virtute scipionis africani maioris qui fecit cartaginem tributariam. et virtute alterius scipionis minoris qui illam evertit. lorgoglio deli arabi .i. arrogantia affricanorum che passaro lalpestre rocce .i. rupes alpium que dividunt Italiam a gallia. dietro ad anibal. Istas alpes hanibal transivit cum maximo damno et labore infestatus a gentibus montanis. unde amisit magnam partem sui exercitus et elephantorum. ubi saxum inaccessibile crematum prius igne deinde respersum aceto fecit icidi. et sic ferro et igne viam fecit. Magnas laudes hanibalis facit Livius inter quas hec una videtur mirabilis quod cum stetit .xvi. annis in Italia cum colluvione tot gentium barbararum que erant inter

se diverse lingua moribus habitu numquam facta est coniuratio contra eum a suis. quod tamen non contigit scipioni nec Cesari. Et quia nobilissimus fluvius padus oritur ex alpibus predictis ideo incidenter tangit originem eius. unde convertens sermonez ad eum dicit po diche tu labi .i. ex quibus alpibus tu o pade laberis. Et hic nota quod autor fecit satis magnum saltum quia nichil tetigit de primo bello punico quod duravit. xxiiii. annis. quo tempore claruit vir integerrimus Marchus regulus. ¶ Sotesso hic Justinianus tangit triumphos duorum clarissimorum principum romanorum quorum primus non habuit parem in virtute. et Alter non habuit parem in potentia. Scipio habuit gloriosissimum triumphum de anibale et cartagine de quo iam dictum est alibi. et de magnis laudibus eius dicetur in fine c°. Ad cognitionem pompei oportet aliqua premittere breviter. Est igitur sciendum quod pompeius iuvenculus. xviii. annorum sub scepto exercitu patris fuit sillanus et Italiam sicilia Africam hispaniam diversis bellis liberavit de manibus ducum marianorum. hic pompeius tres triumphos notabiles habuit. primum de Africa quam totam liberavit de manibus marianorum de victo domitio mariano et Jentha rex Numidie fautore marii. et tunc primo cognominatus est magnus. Secundum triumphum habuit de piratis de cilitia qui magna multitudine facte cum mille navibus infestabant omnia maria ita quod venerunt usque hostiam et ceperunt classem romanam cum consule cum magno pudore Rom. pompeius autem per multos magnos duces legatos suos. s. catonem varonem et alios occupavit fauces omnium marium. et incredibili virtute et celeritate istos vicit in cilitia. et sine damno sine sanguine omnia maria reddidit secura. spatio xl. dierum. et ex piratis fecit civi

(P. M. Regul.)

.n. de pompeio

tatē laudem in lombardia. Tercīu triū
phū duxit gloriosissimū de Mitridate
tigranne ⁊ multis nationib; orientis
et septemtrionis. Mitridates nanq;
potentissimus rex ponti bellum gessit
cum Romanis p. xl. annos. qui vna a
die vltra septuaginta Millia Romanorum t
rucidari fecit i assya. multas prouīcias
occupauit aliq̃n uictus virtute luculi
felicitate sille tandem debellatus a pō
peio i vltima desperatiōe ueneno et
ferro spm expulit. pompeiū multa al
ia regna cepit i oriente. uñ retulit in
senatu se uicisse. xxij. reges orientis.
Nullus aūt cū plura bella gessit. plu
res prouīcias fecit. nec tantū ampli
auit terminos Romani imperij. Naz
Asiam quā acceperat extremaz proui
tiā fecit mediaz ut testatur Tullius
in libello delaudib; pompei. q̄d decla
rat plinius i vij°. Nunc ad litte
ram dicit Justinianus sotte sso. s. su
b signo Aquile triūpharo scipione. s.
Maior e pompeio giouenetti. Nā sci
pio erat forte. xxx. annorum q̃n triūz
phauit de Affrica. ⁊ Pompeius erat
. xxvj. annorum q̃n pmo triumphauit. s.
de Affrica. bis imperator aūt quā Mil
les. ⁊ bis romanus eques loco cōsu
lis. et solus gessit tertiuz consula
tum. vnde Tullius tribuit pompe
io quatuor necessaria summo Imperatori
. s. scientiam rei militaris virtutem
autoritatē felicitatem. ⁊ tñ in fine in
feliciter debellatus infelicius fugit i
felicissime mortuus est qui pimus. r.
Romanorum cepit Ierlm ⁊ templuz illud mir
abile ditissimū in tantis intactum re
liquit. ¶ Et addit Justinianus i.c. dētē
vnū fcm quod tangat Autorē. s. euersio
nē fesulane ciuitatis ex qua olim fcā ē
florētia. Nam teste salustio katelinar
pessimū pulsus ex vrbe ꝑꝑ pestiferam
cōiuratōne quā fecerat cum multis no
bilib; de i uadendā re publica ⁊ truci
dando senatu confugit ad ciuitatem
fesulanum. ⁊ inde recedens i agro pisto

riensi, ꝓstratus est cū suis mirabilitē
pugnās. ⁊ ciuitas fesulanꝫ destructa
est. dicit g° et parue amaro illud sign
um aquel colle. i. mōti fesulano i quo
fuit olim fortis ciuitas fesulanū. sotto
l qual tu. s. o Dantes nascesti. s. in flo
rentia q; est, ꝓpinqua et subiecta illi co
lli forte ꝑ tria miliaria de quo alibi dic
tū est ⁊ dicetur. ¶ Poi Nuc Justi
nianū transcursis breuiter quibus
dam victorijs ⁊ triūphis aquile per
tempora cōsulū Nunc descendit ad
Magnificētissima gesta ipatorum. ⁊ icipit
a pmo. s. Cesare. ⁊ pmitit q̃ iuste ce
pit arma contra hostes autoritate
senatū ⁊ uoluntate ppli romani, di
cens poi Cesare il tolle. illud signuz
per voler diroma. i. volūtate sena
tus ⁊ ppli romani tñ opera pōpei et
crassi. imo senatū ultra galliam trās
alpinā dedit sibi cisalpinam timēs ne
ppls sibi daret. fuit. n. cesar magis a
matus ppli q̃ nobiliū. et hoc fecit pre
sso al tempo. s. Augusti. q. d. modicum
ante tempus Ottauiani che tutol ciel
uolle. i. oīs constellatō celi uoluit ri
duire lo modo a suo modo sereno. q. d. r
ad vnum principem ad unuz monarchā
vt sicut unū est pnceps in summo cello
a quo dependent omēs intelligētie re
gentes orbes ita eēt vnus pnceps i te
rra a quo dependerēt omēs reges mūdi
gubernātes regna. Istud autem fuit tē
pore Augusti cuī cesar fuit quasi precu
sor. nec unq̃ aliꝯ ante eū potuerat obti
nuisse istud brauiuz. ¶ Equel bic. r.
Justinianus mira breuitate coartat be
llum gallicum. de quo Julius celsus mi
les ⁊ socius cesaris qui oībus i terfuit
facit satis magnū uolumē. sed aliqua
paucha transcurrēter attigam. est g' scie
dum q̃ cesar i gallia primo habuit rez
cū heluetijs uicinis gebenne qui nō au
aritia s; rabie incensis terris eorum pura
bant exire fines patrie quos icredēte
cesar transito rodano citissime cū icre
dibili occisiōe deleuit. qui cuncti ītre

¶ N. quis fecerit ciuitas laude? lobardia.

¶ Metridates.

¶ pompei.

¶ Scapio.

or
¶ iiij necessaria summo imperatori
¶ Scientiam rei militaris
¶ Virtutem
¶ Autoritatem
¶ Felicitatem

¶ N. 8 Catelina

¶ N. 8 Cesare

¶ Illirici i. Sclauonia

parare terras eorum. Cesar deinde Ario uistum regem germanorum qui sequanos crudeliter opprimebat requisiuit ad colloquium secum qui superbe respondit et r quis est cesar contra quem cesar iuit in sequanos. et acerrima pugna Ario uictus inctus fugiens transiuit renum cum parua nauicula deposita sarcina superbie sue. et cesar una estate duobus uictoriis gloriosus rediuit in galliam cisalpinam. Cesar deinde reuersus in galliam habuit bellum atrocissimum contra neruios qui feroces et durum genus hominum tam ostinate pugnauerunt ut equites treuirorum fugerent qui uenerant in auxilium cesaris. sed cesar cum semper magnanimus esset in magnis periculis maximus auxilium quod aliunde non poterat a se ipso accepit. Nam tracto scuto uni militi suo in prima acie currens amore et pudore reuocatis suis reintegrauit pugnam. sic romana perseuerantia pertinaciam neruiorum uicit. et cesar factus est uictor, pro qua uictoria supplicatio. xv. dierum facta est Rome. Cesar deinde transiuit renum in germania facto ponte artificioso ualde. ubi stetit solum xviii. diebus. Et reuersus in galliam facto magno apparatu nauium transiuit in britaniam 3° anno belli gallici quia britanni dederant auxilia gallis. ibi passus est magnam tempestatem ita ut romanam audaciam mundi finibus non contentam castigare uideretur occeanus. sed pro uictoria supplicatio. xx. dierum facta est rome. quod numquam ante factum fuerat. et quarto anno uisitata gallia cisalpina et illirico. quod nunc dicitur sclauonia et erat sub legatione sua iterum transiuit in britaniam cum maiori tempestate. Ubi bello uicit Casibellaunum uirum fortissimum quem omnes r ducem et regem fecerant apud leondinam ciuitatem que tunc trinouantum uocabitur. et recepta urbe cum aliis. v. pacem dedit casibellanno contentus fecisse regem et britaniam tributariam. et reuersus est in galliam sereno mari quod suo domitori gratulari uidebatur. Anno v. huius

Illirion. i. Sclauonia.

belli quasi omnes galli rebellauerunt cesari duce Induto maro treuirensi. quem labienus legatus cesaris uir strenuissimus uicit et occidit. Cesar per se et suos uictor cum magna gloria romani nominis iterum transiuit in germaniam contra sueuos iterum facto ponte. sed cito reuersus composita gallia rediuit in Italiam. et interim quasi noua rebellio totius gallie facta est duce Vertingentorige aluernorum. qui iuuenis erat potentissimus corpore armis animo et ipso nomine terribilibus. cum quo fuerunt parisii senones pictones turones lemouices bituriges Ruthem et alii sed cesar ex Italia reuersus celeriter in galliam uenit in Aluerniam. et post multas uictorias tandem Vertingentorix nolens et consulens datus est Cesari. qui prouolutus ad genua proiectis armis dixit uirum fortem fortissime uicisti. Et ultimo cesar omnium uictor in nouem annis. x° anno totam galliam transalpinam ordinauit. et ueniens in Italiam galliam cisalpinam in fide et amore suo confirmauit. et iterum reuersus in galliam suspensus expectabat quid Rome agerentur iam quasi diuinans ciuile bellum. his premissis nunc ostrue sic Uitera Iustinianus describens galliam a fluminibus suis dicit Eysara hic fluuius nascitur ex alpe alta inter galliam et Italiam et decurrens per amenam uallem per multas terras tandem magnus cadit in Rodanum ubi marius terribiliter uicit cimbros sicut totum mundum. Ethera alius fluuius cadens similiter in Rodanum quem non uidi. Uidi quel dixere illud signum Aquille. Varo hic est fluuius satis magnus in confinio Italie inter territorium Iannensium et prouinciam in fine arieno. Renus est fluuius maximus qui olim diuidebat galliam a germania qui dicebatur murus romani imperii contra barbaras nationes antequam Cesar ipsum transiret. et sic uide quod gallia erat olim maior quam nunc sit. quia flandria barbantia treuiris neruii et multe alie natio

Vertigentorix.

nes transiuerūt i nom̄ germanoꝝ. ⁊
oritur i alpibꝫ ex quibꝰ rodanus et lon
go spatio discurrens ꝑ fines heluetioꝝ
sequanoꝝ treuiroꝝ multis capitibꝰ cad
it in occeanū. Et dicit eu de senna .s.
illud quod fecit signū aquile. sequana
fluuius famosus qui facit isulā parua
i tra parisius aq̄ de nominati sūt sequ
ani de quibꝰ iam est fc̄a mētio. Et ū ci
to se expediat dicit et ogne valle on
de rodano e pieno. sicut fluuius sōna
qui olim uocabatū arar qui pigerimū
cadit i rodanū rapacissimū iuxta Lug
dunū. ⁊ ita sorgia pulcerimus i trat ro
danū apud Auinionē ⁊ iuerua rapaci
ssimū fluuioꝝ gallie qui nō longe ab
Auinione cadit in Rodanū. rodanū
aūt transiens ꝑ placū lemannū apū
gebenā transiens ꝑ multas terras n̄ tū
longo cursu sed magno i petu cadit i
mare nō longe a Massilia. Et sic uid
q̄ cesar subiugauit omēꝫ galliā que
clauditur alpibꝫ ytalie alpibꝰ hyspan
ie reno occeano ⁊ Mari mediteraneo. ⁊
Che uel che fee. hꝰ Justinianus tāgit be
llum ciuile cesaris quod i mediate se
quitur ad gallicū. ⁊ pᵒ tangit quo pᵒ
occupauit Italiam. ad cuius lr̄e cogni
tionem est pᵒ sciendū q̄ arma Cesaris
huiusqꝫ fuerāt Magfica gloriosa a mo
do nō impia potius ⁊ i iusta q̄ cōtra
patriam nulla possūt rōne excusari.
senatus .n. romanus cū cōsilio ⁊ fa
uore pompei magni tunc potentissi
mi / catonis sapientissimi / ciceronis el
oquētissimi / Marci bruti virtuosissi
mi decernebat ut cesar dimisso exercitu
ꝑuatus rediret. ⁊ domitius audacissi
mus sibi successor mitteretū. siue in
uidia q̄ nūq̄ Magna glīa sine i vid
ia fuit. siue ex timore q̄ videbāt q̄
cesar oīa agebat nō tanq̄ dux ꝑpli
romani sed ut dn̄s ⁊ rex pro arbitrio
suo. Cesar autē q̄ nec triumphū nec
cōsulatuꝫ poterat obtinere venit Ra
uennā famosam ciuitatꝫ que erat
in confinio gallie cisalpine, ꝓuintie

sue cū aio defendendi armis causam
suam. ibi audito q̄ tribuni plebis
protectores suꝫ erant pulsi ex urbe
de nocte clādestine recedens in auro
ra cepit Ariminū euocatis legioibū
ubicumqꝫ erant. ⁊ cōtinuo terre Mar
chie anchonitane q̄ tūc picenū uoca
batū lete paruerūt sibi. sic tusciā ⁊
umbriam quesiuit donec tandē trā
siuit corfiniuꝫ quod est terra longe
a sulmone p. xii. Miliaria vbi domi
tius i festus cesari proditus a suis
ligatus datus est cesari. quē Cesar
soluit ⁊ Vitam donauit inuito. sic
tota ytalia cedente Cesari pōpeiꝰ
fugit brundisiuꝫ ubi cesar conatus
est includere ipm̄. sed pompeius i
de euasit. ⁊ durachiū appulit i grecia
Cesar deinde romā venit ⁊ vrbeꝫ
composuit ad moduꝫ suum. Nunc
ad lrām dicit Justinianus quel che
fe. signū ꝑdictū poi che l usci di rauēnā.
de hac dicit plinius Rauenna sabino
rum oppiduꝫ. Et hic nota q̄ dantes
tanquaꝫ de terra alūna ⁊ benefactrice
sua facit singularem Mentionē i q̄ li
bet volumine suo. Nam ī infernoꝝ
facit Memoriam de rectore eiꝰ qui
fuit suus benefactor. Inpurgᵒ de cla
ris familijs ⁊ illustribꝫ ciuibꝫ eius.
hic uō iuisto nobili cᵒ de flore ⁊ pot
entia eius q̄n cesar ibi morā trax
it duꝫ pararet inuadere romanuꝫ
imperium. e salto Rubicū. rubicon
est fluuiꝰ paruulus Romandiole, ꝓ
pe cesenā ciuitatē fertilissimā. qui
fluuius est famosus apud Autorē.
q̄ fuit olim terminus ꝓuintiaꝝ et
quia Cesar trāsiuit hūc difficultē
ꝑ inundatōnē ⁊ prodigiū uisū de
hoīe quasi diuino pulsante tubam
terribiliter fo de tal uollo. q̄ Aquil
la fecit tūc Magnum volatum. Nā
ubi cesar portauerat pᵒ aquilā in occi
dentem nunc retorsit ipam i orīteꝫ
ut ait florus che nol seguitaria lin
gua ne pena. q. d. lingua fatigaret

Bellū ciuile Cesaris

Ariminū

picenū .i. marchia ancontana

pompei

Rauena

Rubicon

in narrando et penna i describendo. un
alter sue tonius fecit satis magnū
librum de ista mā. ¶ Et sūdit breue
bellum fcm in hyspania. Ad quod est
sciendū q cesar dispositis rebus ī
Italia fugato pōpeio noluit psequi
ipm ne relinqueret sibi aterge be
llum formidabile cū icredibili celerita
te transiuit ī hyspaniā quā tenebāt
tres legati pompei. petreius 7 Afra
nius erant ī citeriore . varrus in ult
eriore. ibi passus magnū diluuium
aquarum petreiū 7 Afraniū clausit ī
tra mōtem apud hylerdam ciuitatē
Aragonie. Et cū ppt sitim dedito
tractaretur 7 milites hic inde frāte
ter 7 familiariter ī castra irent petr
eius et afrani pfide 7 maligne ces
arianos ī cautos et ī nermē trucida
uerūt in suis castris. nec tū cesar
clementissimū noluit simile fieri
in suis castris. imo postea illis su
plicantib' pacem dedit 7 ueniā cū illi
iam p. iiij. dies ieiunio affecti essēt
dicit g' in uer la spagna riuolse lo
stuolo. i. illuc signum reduxit exer
citum ī hyspaniam quā totam sub
iugauit spatio xl. dierum īo bene
cō iret ī ispaniam predixerat se ire
ad exercitum sine duce 7 rediturū
ad ducem sine exercitu. ¶ Poi u
er durazzo. Nunc Iustinianus tā
git bella cesaris cōtra pompeiū in
grecia ad quorū cognitionē est scien
dum q cesar victor hyspanie reuē
sus ī Italiam magno ardore cū desi
derio bellandi p medias tempest
ates 7 parua classe a brundisio trā
siuit ī greciā 7 in Epiro posuit ca
stra non longe a pompeio. sperab
at. n. victoriam suam in celerita
te. pompeius uō in tarditate. ppter q
cum nō posset aliquo mō prouoca
re pompeium in prelium tandē cin
xit cum obsidione apud dyrachiū
inexpugnabile. et consilium cepit
ex nā loci. erant. n. circa castra pom
pei multi alti et asperi colles quibus
occupatis fecit. xxiiij. castela et ex ca
stello ī chastellum munitione dux
it cū fossa p. xvj. miliaria. ibi plura
pllia particularia fcā sunt cum mirab
ili resistentia 7 patiētia cesariensi
um et potissime sceue centurionis.
tandem vna die fcā est viollent
issima eruptō. Et pompeius ui
ctor fcā magna cede de hostibus
suos a prelio reuocauit. q2 timu
it insidias q2 non sperabat istā
victoriam. uel quia nox sup ue
nit uel q2 sperabat uictoriam
sine cede. sed certe error fuit
īo bene cesar tunc dixit pompeiū
uincere nescire. ¶ Cesar deinde cō
solatus suos transiuit ī thesaliam.
et pompeius secutus est ipm qui x
sapientissime volebat uincere cū
dilatōne. sed uictus querelis oī
um in uitus laxauit habenas fortu
ne. tamē sequens osilium aliorum
finaliter fidēs multitudine magna
cepit pugnā. Labienus qui fcs erat
hostis infestissimus cesari in bello x
cili animosse incitauit pōpeianos.
Cesar uō magnifice accendit suos
et ordinem pugne dedit. sed tāta
tes Crastinus in rabie furoris oēs
in preliū traxit qui paulo post in
stissime interfectus est iactato x
gladio in os eius pompeius strue
bat cum multitudine equitum circū
uenire exercitum cesaris. sed ni
chil magis nocuit sibi q multitu
do et diuersitas que p unum regi
et frenari nō poterat. cesar autem
7 fortissimi militis 7 sumi ducis o
offitium gerens nunc feriens n
unc exortans oībus ad oīa succu
rrens equites suos ad hoc deputa
tos īmisit deinde acies peditū cō
globata uelut murus ferri secuta ē.
et leuis armatura pompei faciliter
dedit terga. et dicit orosius q cesar
īmirabili virtute germanorū hac

uictoriã obtinuit. pompeius autẽ in
sa fuga suor fugit a prelio ne secũ to
tus exercitus moreretur. quo remoto
nullus i acie stetit. Et cesar qui princi
pio belli clamauerat miles faciẽ feri
in fine clamauit parcite ciuib cũ il
los p sequeretũ ut ait florus. ex legi
onibus et equitatu pompei. xv. milia
perierũt in numerabilis strages fuit r
aliar gentiũ 7 auxiliorum que toto a
oriente conuenerant. Nunq in uno c
ampo tantum uirũ romanar fortu
na ɔtraxit. Nam ut scribit Florus tre
centa milia bellatorũ hic inde preter
auxilia regũ 7 senatus fuerũt. xj. legi
ones ex parte cesaris ex parte pompei
. xviij. flos et robur italici sanguinis
Pompeius autẽ fugiens uno equo p
terrã 7 una naui p mare recepta uxore
post deliberatõnem p uenit i egiptũ.
ubi ptholomeus cui pompeius tutor
a senatu datus regnum fideliter seruau
erat hito ɔsilio suor illum i terfici fe
cit. et corpore i undis abiecto caput
dono cesari reseruatũ est. Et cesar cũ
paucis fidens fama sui nõis que nõ
minus suo ualebat exercitu Alexan
driã p uenit. ubi fuit quasi in maiori
periculo q̃ unquã. Nam achilas cru
delissimus hausto sanguine pompei
ebrius sanguinem cesaris sitiebat
prefectus regis cũ. xx. milib armator
bellum mouit. 7 cesar nisi habuisset
ptholomeũ secũ forte nõ euasisset. s
ptholomeus dimissus a cesare i prin
uenit cũ alijs cõtra eũ. Cesar repen
tina i uasione percussus subito i trauit
nauiculã. sed demersus i aquã ab ho
stib enatauit p ducentos passus ad
propinquã nauim palliũ suum cũ de
tib trahẽs. 7 manu sinistra eleuata
ue litere quas habebat baluearetur.
et cũ redisset ad suos cum solita ce
leritate 7 felicitate classem regis op
pressit et cepit 7 castrã hostiũ in ua
sit cũ magna strage eorum. Rex fu
giens in trauit unã nauim quã de

mersa multitudine fugientiũ qui sili
uolebant euadere suffocatus est in a
qua. deinde cesar receptus in Alex
andriã reddidit regnũ cleopatre in
pretium libidinis. Nunc potes uidere
liam dicit Justinianus poi uer duza
ctio. s. cesar conuertit exercitũ. e per
cosse farsalaia. i. thesaliam quã rubeã
fecit sanguine ciuili si chel nil chaldo. i.
egiptus per quã labitur nilus que est
calida regio extrema asie contermina
africe se senti del duolo. i. dolore. Et
subdit quõ cesar p secutus pompeium
. et uult dicere uno uerbo q cesar trã
siuit i Asiã ad helespõtũ ubi olim xer
xes transiuit ex Asia in greciam. dic
it ergo 7 illud signũ aquile riuide. i.
iterũ uidit antandro. insula ẽ tro
ie. e symeonta symois fluuius est
troyanus. per que loca dat i telligi
troiam onde se mosse ab inito qñ i
uenit cũ Enea ut tactũ est in prin
cipio cap. ela doue hector se cuba. hoc
dicit notanter q cesar uisitauit 7
honorauit sepulcrũ hectoris. 7 dici
e poscia se scosse. i. se mouit mal per
ptholomeo. i. malo 7 danno ptholo
mei. Da indi. hic Justinianũ tac
to magno bello ciuili qd cesar gessit
cũ pompeio nũc tangit breuiter alia
duo bella ciuilia que gessit cũ pomp
eianis. Ad quor cognitione est sciẽdũ
q cesar recedens ex asya i medio tẽ
pestatũ p hyeme p uenit in siciliã.
et q̃uis esset necessariũ Italie tñ aud
iens magnũ exercitũ pompeianũ con
gregatũ in africa ubi duo duces erãt
scipio 7 cato uelut fulmĩe belli uir, ar
dentissimi sps trãsiuit i Africã ubi x
erat. x. Legiones romane. 7 Rex Ju
ba cum i finita multitudine barbaror.
Cesar post multa i comoda et prelia
particularia apud tapson urbem cũ
suis. xuij legionib cõtra hostes aciem
ordinauit. ubi milites inflãmati ad
ortationẽ eius nõ expectato signo ɔ
magno ardore pugnauerũt tincta

Cleopatra
Xerses
Scipio
Cato
hispalis. sibilia ciuitas

tes omes.

tes omnes. Cesar tria castra hostium cepi
s. scipionis Jube et Labieni. Juba et pe
treius finaliter ad mensam bene po
tati se mutuo interfecerunt. scipio dux
generalis omnium cum in navi fugeret in hysp
aniam deprehensus accessitamus gladio se
percussit. requirentibus ubi esset imperator re
spondit Imperator bene se habet. Ces
ar omnium victor romam rediit. deinde
inaudita celeritate transiuit in his
paniam ubi duo filii pompei propter me
moriam et famam patris magnum favore
invenerant. ibi extremis viribus et
odiis pugnatum est apud mun
dam civitatem. Nec umquam cesar in tam ex
tremo periculo fuit. Nam acies vete
ranorum per tot tempora in omnibus bel
lis probata et laudata ceperat paula
tim retrocedere. sed cesar ab equo re
siliens cepit precedere acie peditum
velut furiosus. manu et lingua reu
ocans fugientes. immo visus est cog
itare de morte. timens fortunam esse
mutatam. tandem fortuna contulit si
bi insperatam victoriam. Nam quinque
cohortes Labieni que ad succursum cas
trorum mittebantur credite fugere pro
stiterunt suis materiam fugiendi et cesari vi
ctoriam cum magna strage hostium et mor
te Labieni. gneus vulneratus fugiens
per silvam interfectus est a cesone Legato
cesaris et caput cesari presentatum. vlt
imo cesar visitata hyspania usque gad
es reversus est hyspalim que nunc sibibilia
vocatur. et hyspalensibus magnam quer
imoniam fecit quod fauerant gneo dicens
superbe quod populus romanus in mortalis hab
ebat .x. legiones que celum frangere
essent potentes. sic solum nominas sui
as ut quasi cetere nichil valere viderentur.
Et hic fuit finis belli civilis ces
aris quod durauit .iiij. annis. Ad lite
ram gaudeniendo dicit Justinianus re
tainoi. s. post bellum allexandrinum ... se
i. descendit illud signum aquile po...
tum a cesare folgorando aquila. s. insi
gna. onde fenolse nel nostro acce
te. s. in hyspaniam que est in finibus nostri
occidentis. onde senti la potpriana tub
a. quod duo pompei pro vno renati videb
antur. Unde sextus euadens ab isto
bello postea multum fatigauit augustum
occupata sicilia et sardinia. Et hic
ultimo nota Lector quod hic gaius cesar
Lucii filius plura laudabilia videtur
habuisse quam umquam aliquis princeps.
Nam fuit sanguine nobilissimus de
domo iulia. corpore pulcerrimus. licet istam
conferant verum Ladem. fuit armorum
peritissimus sine pari. Unde non pirrus non
hanibal non Alexander magnus non sci
pio maior huic maximo duci possunt
similari qui fecit fere impossibilia homini. et
hic fuit eloquentissimus principum. unde
tullius numerat eum inter optimos o
ratores. fuit poeta. vnde fecit metrice
opusculum quod appellauit iter in angu
sto rerum articulo quando in .xxiiij. diebus
ab Italia iuit in hyspaniam. hystoricus
vnde sua gesta descripsit luculento stilo
ut dicit suetonius. fecit etiam anticato
nes. correxit leges sui temporis fecit
compotum. ordinauit annum in vento bi
sesto. dictabat simul pluribus scriptoribus
ut idem dicit. Cesar fuit liberalissimus.
Nam ex tot victoriis nichil sibi reti
nuit nisi dispensandi potestatem ut
ait seneca. Fuit clementissimus super
omnes. vnde tullius dicit eum similem
deo in clementia. unde Augustinus in de
civitate dei dicit gaium cesarem qui civi
lem victoriam clementer exercuit qui
dam senatores sub spe libertatis inter
fecerunt. Fuit temperantissimus. vnde cato
hostis capitalis eius dicebat solus
cesar sobrius accessit ad rem publicam
euertendam. Magnanimus homo ut be
ne ostendit in victoria thesalie et afr
ice quando fecit cremari literas hostium quas
noluit legere. patientissimus fuit omnium
laborum. peritissimus equitandi natandi
saltandi. et breuiter erat totus in singulis
ut dicit policratus anglicus. habuit inge
nium et memoriam magnam. unde nichil

Gaius Cesar Lucii filius.

De virtutibus Cesaris.

hyspalis i. sibilia ciuitas.

Vitia Cesaris

solebat obliuisci nisi iniuriarum. Sed certe cesar sicut dicit Liuius de hanibale habuit uitia paria uirtutibus magnis. Et maxime fecit multa enormia cupiditate dominandi. Nam contra patriam bellum ciuille mouit cum tanto sanguine ciuium. In suo consulatu omnia ad arbitrium fecit expulsso armis collega bibulo. et prius tentauerat multis modis facere aliquam nouitatem in urbe ut ueniret in statum. solus fuit defensor coniurator katiline. omnium reorum erat refugium dicens quod tales erant apti bello ciuili. bis spoliauit erarium rome. primo fraudulenter. secundo uiolenter. summum sacerdotium emit magno pretio. Fecit se dictatorem perpetuum. imo ut ait Lucanus omnia cesar erat. Vnde tullius dicit quod cesar semper habebat in ore illud dictum Euripidis poete grecie. si uiolandum est ius regnandi gratia uiolandum est. ceteris rebus pietatem cole. Luxuriosus fuit ualde unde cum cleopatra eadem naui circuibat egiptum. Vxorem pompei stuprauit. unde pompeius solebat uocare ipsum Egisthum. et similiter matrem crassi et filiam. non timuit deum nec terremotum. Et ut cito concludam cesar habuit maiora uitia et maiores uirtutes quam pompeius Magnus. sed uterque petebat regnum. Vterque ingratus patrie. Vterque obscurauit gloriam patris. et pater pompei pompeius strabo fulmine percussus est. Dequel che fe. hic Justinianus cum optimo ordine transcurrit aliqua bella ciuilia et hostilia cesaris Augusti qui fuit filius adoptiuus et heres cesaris. Ad quorum cognitionem est breuiter sciendum quod sicut potest colligi ex floro tullio et alijs. mortuo cesare gaius octauius iuuenis .xviij. annorum qui studebat in grecia celeriter uenit romam ubi statim Marchus Anthonius fuit sibi infestus quia ottauius erat primus heres

testamento cessans quare ad opprimendum iuuenem cepit mouere bellum cum senatus faueret ottauio. et iam parato exercitu in gallia cisalpinam circumsedit Mutinam florentissimam coloniam ubi erat decimus brutus. sed ottauius et duo consules hirtius et pansa missi a senatu liberauerunt brutum duobus prelijs tertio mense. et utroque consule occiso ottauius uictor solus obtinuit tres exercitus ad hunc paratus. Antonius exclusus a mutina fidelissima colonia receptus in parma crudelissime trucidauit parmenses uiros optimos et honestissimos homines cum Lutio Anthonio fratre suo. fuit. n. Machus anthonius crudelis uiolentus preceps prodigus uorax. postea Anthonius et ottauius concordes facti uicerunt Marchum brutum et gaium cassium in thesalia sicut scriptum est inferni cantu ultimo. Ottauius relicto antonio in oriente uenit in Italiam. et cum diuideret agros suis ueteranis Lutius anthonius uir pessimi ingenij imitator fratris in temeritate incitante fuluia uxore Anthonij uirili femina cepit mouere bellum contra ottauium cum multis proscriptis et spoliatis. ottauius obsedit eum intra perusiam. et post magna fame pepercit antonio sed deleuit perusium. Nunc ad literam dicit autor Diquel che fe illud signum aquile col baiulo seguente. id est cesare Augusto nutritore suo qui plus ceteris fouit et promouit aquilam cuius incredibilis et diuina uirtus superauit etatem. Vnde et apud mutinam portauit aquilam humeris proprijs moriente aquilifero. bruto con cassio nel inferno latra in extremo frigore glatiali in ultimo supplitio. et preposterat ordinem quia prius fuit bellum ciuile mutinense quam phylipense. Vnde dicit e mutina e perusa fe dolente. Piangene hic Justinianus tangit aliud bellum ciuile fere famose per Augustum. Ad quem

N. de Marco Antonio

N. de Cesare Augusto

sciendū q Anthonius efeminatus
amore cleopatre pulcerime duxit
ipam in vxorem repudiata ottaui
sorore ottauij pp quod ortū est bel
lum inter Anthoniū et ottauium. et
Ottauius a brundisio transiuit in
epirum cum magna classe. cleopatra
potentissima cum varijs gentib orie
tis et forti classe et Antonius cū ea
cōcurrerūt cum ottauio bello nau
ali sub leucate mōte. ibi cleopatra
prima cū aurea naui et uelo purpur
eo cepit fugā quā secutus est Ant
honius. et ottauius cōtinuo psecutus
eos prospere obsedit eos i alexandria
Anthonius desperans pacem se gladio
iterfecit. cleopatra uō nō valens fle
ctere pudicitiā iuuenis ottauij
uidens se reseruari ad triūphū intra
uit sepulcrū suj Anthonij. et apositis
serpentib pectori suo ipsa uenenosa s
pens in complexu Anthonij quasi dorm
iens expirauit. Ideo bene dicit pia
gene ancor la trista cleopatra. quia
pulcra potens diues astutissima in
tantā deuenit i felicitatem quā tn
magnaniter et cito finiuit. unde dicit
che fugendoli nanci uicta terra et m
ari prese la morte subitana et atra
.i. obscurā. sed certe gloriosior fuit
mors cleopatre viciose qr genob
ie virtuose qr captiua ligata tota
catenis aureis ducta est añ currū
triūphalem ab aureliano imperatore.
dal colubro .i. serpente .s. ab aspide qz
sopit quē mordet suo ueneno. Pli
nius tn aliter scribit istā mortem
.s. q mortua est ueneno quo abstutiss
ime defrauderat Anthoniū. Cō custu
hic vltimo Justinianū cōcludit virtu
tem et felicitatem Augusti qui post p
dicta bella ciuilia fecit multa bella hos
tilia p se et legatos suos et oīum victor
pacem dedit mūdo. vt g° con costui
.s. cesare augusto corse fino allito ru
bro .i. ad mare rubrū p quod ueni
unt mercimonia et aromata sic prpt

ebur i Alexandria egipti. et qr nō uu
lt enumerare alias uictorias eius cō
cludit maximū bonū eius dicens cō
custuj .s. cū eode Augusto pose il mondo
in tanta pace. qr ut bene dicit florus
ubiqz aut pax aut pactio fuit. vn par
thi remiserūt sibi signa q habuerant
de crasso auaro necato et Anthonio pd
igo fugato. et Indi misrūt legatos su
os et munera magna. vnde dicit i te
stimoniū tante pacis che fo serrato a J
ano il suo delubro .i. templū. Nam
Augustus septigentesiō anno ab ur
be condita clausit teplum Jano qu
od nūq fuerat clausū nisi bis .s. s
ub Numma rege et i fine primi belli
punici. Et augustus uocatus est dicta
tor ppetuus et pater patrie. et senatus
addidit sibi nomē augusti sanctius
et reuerentius ut iā viuens i terris
cōsecraretur et qi deus coleretur i mu
do. lz ipse nūq noluerit uocari dns.
Ideo bene dicit Florus gratulandū ē
q i tanta pturbatiōe summa rerū redi
it ad Augustū qui sapia et solertia suā
turbatum corpus imperij ordinauit.
quod sine dubio nūq cōuenire potu
isset nisi unius principis uolūtate qu
asi una anima et mente regeretur. et
sed uerius celū disponebat tantā tra
nquilitate et serenitate xpo qui sub
Augusto i carnatus est. hic tn felicissi
mus hoīum multas i felicitates habuit. si
cut Juliā filiam meretricissimā et tib
erium successorē pessimū. Ma cio
hic Justinianus tangit supremā glor
iam istius signi qr si sub Augusto er
at fcā reparatō mūdi male dispositi
sub tiberio fcā est reparatō huāni ge
neris dānati. et p° sup extollit magni
fice istud fcm ostendens q oīa fcā pre
terita et futura st parū uel nichil respe
ctu istius. dicit g° ma cio del segno
.s. aquile che parlar mi face facto an
ca pria .s. ante tiberiū e poi era facturo
.s. post tiberiū. sicut per uespasianum
traianū Antoninū piū Alexandrum

M. de Marco Antonio

De morte Antonij et Cleopatre

D. de Cesare Augusto

No. bn.

N. de tempore Nume Regis

xps

De tiberio

¶ n. de Tyberio 3° Cesare.

xpo.

et ita de multis usque ad constantinum
et ita deinceps usque ad ipsum Iustinia
num et ab ipso usque ad karolum magnum
per lo regno mortal ch'a lui soggiace .i. m
undum qui est subditus de iure sibi
diventa in apparentia pato e scuro / re
spective se in mano al terzo cesare
se mira. s. in manu tiberii. Iste fuit v
strenuissimus armorum et magna et pe
riculosa bella gessit pro cesare Augusto
vitrico suo. tamen vitiosissimus homo. Iuv
enis ebriosus / senex luxuriosus / canis
rabidus. dicit tamen orosius de eo quod tiberi
us quia non obtinuit in senatu quod xpistus cole
retur pro deo ex mansuetissimo principe
conversus est in sevissimam bestiam. et
dicit con occhio chiaro .i. intellectu non
eco affecto puro .i. affectione clara. hoc
dicit quia multi negant istam rationem
quam autor hic facit. sed ipse ubique habet i
stam opinionem quicquid sit. nunc dicit
de la viva iusticia. s. divina che mi spi
ra .i. inspirat in hanc veritatem / lico
cedette in mano .i. in potestate a quel
ch'io dico. s. tiberio gloria de far vende
tta ala sua ira. quia divina Iusticia req
rebat ut vindicta fieret de iniuria primi pa
rentis pro qua deus erat iratus sicut
probatur in sequenti ca. Et admonet Aut
or quod bene advertat ad unum quod dicere
intendit. s. quod vindicta facta est de vindicta
quod de se videtur mirabile quia videtur impl
icare contradictionem. dicit ergo Or qui t'ammira
in ciò ch'io te replico. quia s. vocabulum sem
el positum repetit bis. Et subdit gloriosi
ssima victoria quam ista aquila victrix
et triumphatrix habuit de iudeis unde dicit
poscia corse illo signum con Tito qui fu
it undecimus imperator Vespasiani fili
us omni virtute refulgens qui imperav
it cum patre et post patrem qui dicitur fec
isse vindictam de morte xpi quando evertit
Ierusalem cum tanto excidio iudeorum. Istud au
tem debet intelligi sane. s. quod in isto iudicio
dei titus fecit vindictam de peccato iudeo
rum non tamen ea intentione cum fuerit paga
nus sicut bene expositum est purg. cap.

¶ n. de Tito xi imperatore q(ui) fecit vindictam de morte xpi.

vinte dicit a far vendetta de la vende
tta del peccato antiquo primi parentis
¶ E quando hic ultimo Iustinianus in
narratione sua tangit aliud gestum insig
ne istius signi victoriosi in manu ka
roli magni. et fuit optimum ordinem.
quia sicut ipse Iustinianus liberavit It
aliam de manu gothorum qui diu oppre
ssant eam ita karollus liberavit Itali
am de manibus longobardorum qui diu
tius oppresserant eam. Ad intelligendam
litteram est sciendum quod sicut scribit x
Eginardus nutritus a karolo qui ut
ipse testatur omnibus rebus gestis ab eo prese
ns fuit karolus pipini nani filius non
impar gloria patri suo seu victoriosior et fel
icior rogatus et requisitus ab Adriano su
mmo pontifice congregata regni sui multit
udine principum et fortissimorum bellatorum
ingressus Italiam per montem senisium desid
erium Regem Longobardorum infestantem
eclesiam postquam vicit magna cede obsedit i
n civitate ticinum que hodie vocatur papia et tan
dem x mense obsidionis desiderium cap
tum cum uxore et filiis secum duxit in franciam
qui aliquando fuerat socer eius. Et con
stituit pipinum regem super Italiam. sic
finitum est regnum Longobardorum quod
duraverat ultra ducentos annos ab
adventu Alboini regis qui primo venit in
Veronam de partibus septentrionis. ka
rolus victor veniens Romam appellatus
est cesar Augustus a populo et coronat
us est imperator per manum Leonis pape
tercii. Et sedem apostolicam ordinav
it collata sibi potestate omnium dignit
atum. Et tunc romanum imperium divisum
est ab imperio constantinopolitano. nec un
quam reunitum. Nec unquam fuit alius
imperator in imperio occidentali post karo
lum tante virtutis et felicitatis. ideo
bene Iustinianus finit in eo narrationem
suam. nec autor curavit describere de
othones et alios imperatores germano
rum qui aliquando fuerunt eclie
contra papam et contra imperatorem. Nu
nc ad litteram dicit Iustinianus / e quando

¶ de karolo magno

¶ Egnardo?

¶ n. de partibus gibellinis guelfis

¶ desiderio rex.

¶ papia

¶ n. quando divisum fuit Imperium romanum a Constantinopolitano.

do il dente longobardo. i. seuitia desi
derij morse la santa chiesa lacerando
iura eius sicut fecerat pater suus Ast
ulphus qui uictus est a pipino vocat
a papa Adriano karolo magno uice
do li secorse qui et terram sanctam libera
uit a seruitute sarracenorum sic dicetur
in ca°. sotto le sue ali ipsius aquille
imperialis. ¶ Omai hic ultimo Jus
tinianus premissa longa digressione
reditum ad principale propositum. et
arguit Ytalicos qui iniuste agunt con
tra iustum signum aliqui amore aliqui od
io seducti dicit ergo omai poi giudicar
ex rationibus factis de quei cotali. s. gu
elfis et ghibellinis chio accusai di
sopra in principio digressionis. e di
lor falli. uere fallitur fatuus quia de cer
tum milibus non inuenitur unus qui sciat
quando uel quomodo sint inuente iste parcialit
ates uel quid sibi uelit ista nomina propter
quod faciunt tanta mala ideo bene
dicit che son cascion de tuti uostri
mali. o quot ciuitates euerse quot
milia hominum cesa propter inane nomen. sed de
o gratias qui iustissime extendit ma
num suam super ytaliam ita quia obliuisci
mur ista nomina. ¶ Et manifestat eo
rum utriusque partis dicens luno. s. g
uelfus oppone igigli gialli. i. insign
ia regis francie et karolis ueteris que
sunt lilia citrina cum rastello de super
al publico segno. s. aquile que est si
gnum comune iustum. e laltro. s. ghibel
linus apropria quello a parte. et sic in
iuste facit ipsum de publico priuatum.
unde dicit si che forte a uedere che piu se fa
lli. q. dicat difficile est scire quis in
iustius induit arma quia neuter uno utem
que pariter insanit. ¶ Et subdit iustam
increpationem contra utranque partem
et primo contra ghibellinos dicens fac
cian li ghibilini. et repetit faccian lor
arte. s. artes belli uel pacis. sotto alt
ro segno. et ecce causam che mal seque
quello. s. signum sempre chi la iust
icia e lui diparte. q. d. male sequitur

aquilam qui partigat. Et ita econtra
e non labatta questo karlo nouello. s.
karolus uetus quem appelat nouellum
quia primus uenit in ytaliam et acquisiuit
regnum sicilie qui multum persecutus est
ghibellinos et reduxit guelfos in floren
tiam. et similiter karolus claudus
filius et Rex robertus nepos multum fa
uerunt guelfis ideo dicit coi ghelfi soi. ma
tema di gli artigli ipsius aquile fortis
cha magior lion quam sit ipse karolus qui suorum
tempore fuit potens et formidatus trasser
lo uello. i. lanam siue pilum. q. d. deuicit
uit et priuauit maiores reges sicut ju
gurtam quem marius precipitauit de arcu tri
umphali. et sicut persem regem macedo
